

**Decanus Collegii Medici in Academia Rostochiensi Ad exequias, Quae ... Dn.
Joachimo Stockmanno, Phil. ac Med. Doctori ... Viro de hac Academia optime
merito, Collegae suo desideratisimo. Hodie parabuntur Omnes omnium ordinum
cives Academicos ea, qua par est, reverentia ac humanitate vocat atq[ue] invitat :
[Prescriptum Rostochi[i] sub Sigillo Facultatis Medicae IX. Idus lunii, anno
MDCLIII.]**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914503>

Druck Freier  Zugang



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755914503/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914503/phys_0001)

DFG

KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhaftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.
Steht bei Rara -

KL-241.(4) <SON>

bestrohlt 2000

587
30.

DECANUS

Collegii Medici in Academia

Rostochiensi

Ad exequias,

Quæ

Excellentissimo atq; Experientissimo

**DN. JOACHIMO
STOCKMANNO, Phil.ac**

Med. Doctori, hujusq; Professori &
Facultatis Seniori, nec non
urbis Physico.

*Viro de hac Academia optimè merito, Collegae
suo desideratissimo.*

Hodiè parabuntur.


Omnes omnium ordinum cives Aca-
demicos ea, qua par est, reverentia a chu-
manitate vocat atq; invitat.

6(0) 90



ROSTOCHII,

*Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO CLX. 190. LIII.*



Ondum in circulum rediit dies, quo
incomparabilis Medici, JACOBI FA-
BRICII, Facultatis nostræ, juxtaq; to-
tius Professorum ordinis per multos an-
nos Senioris, viri de hac Academia præ-
clarè meriti, ossa tumulo inferre jubebamur: nunc vul-
nus vulneri additur, & dolor nondum soporatus vehe-
mentius recrudescit, sublato præter exspectationem
nostram è viventium numero Viro Clarissimo atq;
Experientissimo Dn. D. JOACHIMO STOCK-
MANNO, Collega nostro desideratissimo, iti-
demq; Facultatis Seniore, Medico celeberrimo. Tam
durus, tamq; funestus fuit rei Medicæ hic annus, mul-
toq; acerbior ejus conditio, quam cum annis abhinc
sexaginta biennii spatio perderet Collegium Medicum
nobilissima duo lumina, altetum LÆVINUM
BATTUM Gãdavensem Flandrum, alterum HEN-
RICUM BRUCÆUM Alostenium itidem Flan-
drum, relieto tunc temporis solo WILHELMO
LAUREMBERGIO; adeò ut fato hoc premi per
intervalla videatur noster ordo. Nec esse pütamus
bonorum quempiam, qui fortem nostram non doleat.
Ipsa Academia præclarorum membrorum jacturam
deplorabit, lugebunt cives atq; urbis inco æ, quibus
quatuor

quatuor præstantissimos Medicos intra annos quinq;
mors eripuit; duos hosce nostros, duos item Practicos
eximios, quorum nullus quidem sexagenario minor,
omnes verò vita longiore dignissimi. Cœterum, cum
lux hodierna, qua triste funus efferetur, jubeat viro
immortalis gloriæ atq; illustrium in Academiam me-
ritorum ultima humanitatis præstare officia, ipsaq;
STOCKMANNI vita per se omnibus alacri indu-
stria ad virtutem contendentibus exemplo esse queat,
accingo me ad id, quod consuetudo hactenus obser-
vata à me efflagitat paucissimis historiam vitæ, quam-
laudabiliter egit Defunctus noster, propositurus. Cæ-
tera, quæ ipse dolore pene fractus nec persequi, nec
exiguis hisce chartis complectivaleo, ut orator aliquis
facundus pleniū enarranda & pro merito deprædi-
canda suscipiat, cupio atq; opto. Editus in lucem hanc
fuit **JOACHIMUS STOCKMANNUS** anno
superioris seculi mill^{si}mo quingentesimo nonagesimo
secundo, die Februarii vigesimo primo patre Viro
Clarissimo atq; Excellentissimo Dn. M. ERASMO
STOCKMANNO, Physices, eum viveret, in hac
Academia Professore celeberrimo, matre **ELISA-**
BETHA NENNIA, optimis ab utraq; parte & tan-
ta prole dignis parentibus. Avus paternus ipsi fuit
LAURENTIUS STOCKMAN, vir spectatæ
probitatis & Civis apud Hamburgenses non infimæ
fortis; maternus verò **GERHARDUS NENNIUS**,
Philosophiæ ac Medicinæ Doctor, juxtaq; Mathema-
ticus insignis & præterea linguae Sanctæ ita gnarus, ut
eam in hac Academia, uti & Mathematica alia atq; alia
magnō applausu, descentiumq; fructu publicè docuerit.

A 2

His

His majoribus & parentibus ortus JOACHIMUS STOCKMAN in prima statim pueritia, quantus olim sperari debeat, haut dubiis sagacis naturæ indicis, ingenioq; ad ardua quævis facto prodidit, adeò ut jam tūm dubitaretur à plurimis, utrum laudata familia STOCKMANNO, an verò STOCKMANNUS familie splendorem sit allatus. Primis literarum rudimentis, uti par erat, in Schola patria ab optimis magistris summa fide ac diligentia excultus est, fecitq; hac discendi norma tantos brevi temporis spatio progressus, ut annos natus quindecim altiorum jam capax in Scholam mitteretur Hamburgensem, quam tunc temporis moderabatur Clarissimus M. JOHANNES HU SWE DELIUS, Professor postea, hujus Academiæ percelebris, in cujus domo & convictu biennium exegit, triennium inter cives, utrōbiq; successu studiorum felicissimo. Quæ causa fuit, cur anno ætatis vigesimo completo in patriam remigraret Academiam æquum ratus ut, ubi prima literarum fundamenta jacta fuerant, ibi & perficerentur & ad supremum usq; fastigium deducerentur. Quo consilio cum Academiam intraverit, mirum non est, ipsum citius præ aliis pluribus voti compotem factum: biennio enim nondum exacto, anno nempe ætatis currente XXII cum à Decano Collegii Philosophici M. JOHANNES SLEKERO, Magisterii gradu ornaretur, paulatim inclarescere & per Academiam diffundi cœpit STOCKMANNI nomen. Unde, cum duo ex nobilitate Mecklenburgica Juvenes, alter DETHELVUS Reventlow/ nunc Serenissimi ac Potentissimi Daniæ & Norvagiæ Regis Consiliarius atq; in rebus Germanicis Cancellarius, alter DAVID Rave/ postea Consiliarius patriæ provincie

589

Vincialis, ex hac Academia in alias essent ablegandi;
non aliis æquè dignus visus fuit. illis qui pro vitæ ac
studiorum moderatore præficeretur, ac M. JOACHIMUS STOCKMAN, qua occasione primum Lipsiæ,
posteaq; Marpurgi per annum unum atq; alterum com-
moratus maxima sedulitate Medicinæ, cui se præcipue
addixerat, studium prosecutus est, florentiumq; in di-
Etis literarum emporiis Medicorum tam docendi, quam
curandi artem, & quæ præterea ex usu suo esse cogno-
verat, diligentissimè observavit. Proinde, cum egregiis
eruditionis accessionibus auctus in patriam reversus
esset, percommode accidit, ut anno Salvatoris cl^o loc
XIX. Academia Rostochiensi seculum suum tertium
auspicatò ingressa, in publico illo gaudio & frequente
congratulantium cœtu Illusterrimi Principes Mecklen-
burgici cum Amplissimo urbis Senatu sumptus ad pro-
motiones publicè habendas singulari & nunquam satis
laudanda munificentia offrerent atq; abunde suppedita-
rent: quæ occasio fuit, cur M. JOACHIMUS STOCKMAN in publica hac & seculari Academiæ
pompa gradum Doctoris Medici sibi conferri vellet,
quod obtinuit feliciter Decano tunc temporis Collegii
Medici Viro Præclarissimo atq; Experientissimo Dn.
D. JACOBO FABRICIO, qui præcipiuus in arte
Medica ipsi erat præceptor, quiq; postea, patris instar,
incrementis ejus fideliter prospexit. Anno proximè
sequente de vita socia ineunda cogitans matrimonio
sibi devinxit virginem lectissimam METTAM Kran-
dund^s/Reverendi Viri Dn. VINCENTII Krandund^s/
Ecclesiae Hasfeldensis olim Pastoris filiam, qua cum
per annos septem pacatam habuit domum, nec defue-
runt fœundi thalami pignora; ter namq; prolem ex

A 3

uxore

uxore suscepit exoptatissimam: filium unum JOACHIMUM nondiu superstitem, duas filias MARIAM & METTAM, quarum posterior matrem anno clo I^c XXVII ad cœlestia gaudia præcedentem non longè post secuta, MARIA verò etiamnum per Dei gratiam superat data à patre in uxorem anno clo I^c XLII Viro Amplissimo & Consultissimo Dn. JOACHIMO SCHNOBELIO, J. U. D. & antehac Professori hujus Academiæ celeberrimo, nunc verò Consiliario & Syndico Stettinensium gravissimo, amico nostro honoratissimo, ex quorū thalamo quinq; sibi adduci vidit Defunct⁹ nepotes ac neptes. Eropta priore Conjuge, ad secunda vota cū juberetur transire, associavit sibi conjugali vinculo virginē tunc lectissimā pudicissimamq; ANNAM TARNOVIAM viduam nunc mœstissimam, Viri plurimum Reverendi atq; Excellentissimi Dn. PAULI TARNOVII, SS. Theol. D. & Professoris primarii optimeq; de hac Academia meriti filiam unicam, cum qua, quod reliquum illi vitæ fuit, ex voto peregit filio unico inde recepto PAULO JOACHIMO STOCKMANNO, quo vivente non defore putamus paternæ laudis æmulam prolem, heredem ac testem. Verum non debebat tam conspicua virtus caliginosa quasi nocte premi, quin potius in publicam hominum lucem nisi produceretur, publicum Academiæ damnum inde pendere videbatur. Quæcum non ignoraret amplissimus ac prudentissimus patriæ urbis Senatus, in vacantem anno clo I^c XXII. Physices & Metaphysicses professionem, è magno functionem ambientium numero, non nisi D. JOACHIMUM STOCKMANNUM vocandum censuit. Quo facto vidit Academia iplum septemdecim annos magno audientium applausu modò

590

modò docentem, modò disputantem, & nihil non agen-
tem, quo vel dissentium conatus juvari, vel Academia
illustrior reddi posset, donec anno cl^a I^oc XXXIX.
communibus patrum Curiæ suffragiis & decreto è Col-
legio Philosophico in Medicum transferretur, deman-
datā ipsi Medicinæ, quam Præclarissimus Dn. JOHAN-
NES ASSVERUS antea gesserat, professione, qua
cum Physici urbis munus necnon pharmacopolii in-
spectio copulabatur, Pari fide atq; industria in hac sta-
tione fecit sua, utilemq; admodum operam tam Rei-
publicæ oppidanæ, quam Academicæ præstítit: impri-
mis singulare agendi dexteritate usum fuisse memini-
mus, quoties summus Academiæ magistratus humeris
ipsius incumbebat, quod quater utraq; professione du-
rante factum constat: ita & quater idoneum plerumq;
Candidatorum numerum supremo Academicæ digni-
tatis gradu publicè insignitum reddidit, ter in Facul-
tate Philosophica, in Medica semel. Cætera, quæ susti-
nuit, officia Academicæ unius & triginta annorum spa-
tiō digna & ipsa forent, quæ memorarentur, nisi char-
tæ angustia hinc excluderentur. Quid restat, nisi quod,
Viro hoc eadente, immani vulnere se transfossam fa-
reatur Academia? Amiserunt liberi parenrem, uxor ma-
ritum, amisit Curia Academicæ fidissimum maximeq;
utilem Consiliarium, ipse Collegam, omnes Medicum,
eius operā, feliciq; dextra multoties se levatos agno-
scunt. Erit STOCKMANNUS posteritati exem-
plum Viri, à quo longissimè absfuit ambitio, avaritia,
invidia; qui nullos unquam declinavit labores, è quibus
commodi aliquid in proximam manare posse speravit.
Sed quid tandem inde reportavit STOCKMAN-
NUS noster? Cum Academiæ, cum privatis ultra
trigint-

triginta annos prodesse totis viribus laborasset , pau-
latim deficere cœpit & infida esse valetudine : imprimis
verò , eversa ventriculi temperie , mensibus abhinc fere
tribus functiones inde prodeentes ; mirè labefactari
percepit , adeò ut , malo indies crescente , ipse verò cæ-
lesti viatico semel atq; iterum refectus solutionem sui
piè expeteret , quam & placidè obtinuit , cum Nonis Ju-
nii manè instante seprima spiritum Creatori redderet ,
nobis autem corpusculum egregiæ animæ domicilium
supremis muneribus decorandum relinquet , postquam
vixisset annos L XI , menses tres , dics XI . Proinde ite ,
quæso exequias Cives , faciteq; hunc honorem funeri
Viri , cui serio , dum vixit , cordi fuit yester honos , ve-
stra salus . Ite & dolete . Perscriptum Rostochi sub
Sigillo Facultatis Medicæ IX . Idus Junii ,
anno clo . Icc . LIII .





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755914503/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914503/phys_0011)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755914503/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914503/phys_0013)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn755914503/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755914503/phys_0014)

DFG



Quidem diversæ passim Philosophiæ circumferuntur descriptiones, quas singulas, & recensere, longum; & ad rationis, in præsentiarum, libellam revocare, tædiosum foret. Antiquissimam ego primâ facio: tanquā à Philosophorū, quos habemus, Primate latā, omniumque, rectè philosophantium, calculō, hactenus approbatā. Platonis ea est, digna profecto Authore abus tantum voculis, MEDITATIONE, puta, lvatur. Censebat Divius ille Vir, tantò nos evas, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philosopho, circa mortis meditationem reperiamus. Mortem, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque it, quales esse in morte desideramus. Ea, animum quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini m notam inurere possunt. Ea est, quæ do, timorem pellit, tranquillitatem inducit; s casuum animum varietates firmat, adversus reddit, quando omnia a beodem impedimentantò paratior sit, sicubi res exiget, statim quando est faciendum, statim exire, quo aliquid, tabernaculo suo. Quæ enim ista mortis, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm terris animal, præter hominem, cognitione DE